

Aduertencias para

Societatis comeantes tam ad Orientalem, quam
ad Occidentalem Indiam, omnesq; Regiones,
& Insulas transmarinas, ad quas Lusitaniani & ceteri Hispani penetrant, & in eisdē
partibus pro tempore existentes. Fuit autem
hæc extensio facta primum quidem ad decen-
nium, deinde per eundem ad aliud decen-
nium: sed tandem per eundem facta est per
petua, dum per aliquam Bullam Cænæ Do-
mini futurorum Pontificum, nō reuocabitur.

Quæ omnia patent ex literis Apostolicis im-
pressis pag. 42. & 66. & ex manuscriptis.

Circa quæ Collector Compendij Indici So-
cietatis, verbo, Absolutio. §. 1. &. 2. aduer-
tit duo. Primum, hac facultate uti posse Pro-
uinciales, & eos, quibus ipsi eam commis-
serint. Secundum, quod illa non utantur in ijs
locis, in quibus Officium Sanctæ Inquisicio-
nis residet nisi cū solis Neophyti, & ea mo-
deratione, vt Inquisitores nulla ratione offe-
dantur: quin potius sedulam cperam naua-
bunt, vt penitentes, in ijs, quæ in foro exte-
riori reuelare tenetur, officio suo nō desint.

Quod valde considerandum esse dicit pater
Magister Alphonsus à Veracruce. Gregorius
14. die. 21. Septembris, anni Domini. 1591.

Ponti